

pem decet, cæteris silentium induxisse
videatur, attingam alios.

M. T. CICERO.

MT. Cicero, Quintum Fratrem, ac Lentulum habebat generum, homunciones pusillæ admodum staturæ, in utrumque cauillatus est. Venerat, in provinciam cui Frater præfuerat, illic imaginem eius clypeatam, quam amplissima forma, & ad pectus depictum (ut mos erat) cernens. Frater, inquit, meus maior est dimidius quam totus. Rursus generum ingeti gladio accinctum vidēs; Quis generum meum ad gladium alligauit: quo ioco nunc erga insignis paruitatis homines vulgo utimur. Alter illi gener erat Piso, qui cum incessu cunctatione foret, quam conueniret viro, filia ex diverso concitator quam deceret fœminā, uno verbo lusit in utrumque. Ait enim filiae: Ambula ut vir: anceps iocus duos simul pupugit. Apud Damasippū cœnans, cum ille mediocre vinum mensæ adhibitus, grandiloquis verbis attollens dicebat: Bibite phalernum hoc, quadraginta annorum est. Respōdit. Benè fert æratem. Facetē, vnde gloriam ille vino petebat, hic veniā dedit. Illusit & in Iul. Cæsarem,

ad